

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Solitudo et tumultus o
cum fonte primo

Quid autem prodest recondere se
et ante oculos hominum auresque vitare?
Bona consciencia turbam
aduocat mala et solitudine
anxia est atque sollicita. Si honesta sunt
que facis, omnes sciant; si turpia,
quid refert neminem scire cum tu scias?
O te miserum, si contempnis hunc
testem!

Seneca epistola XLII.

Quid autem prodest recondere se
et oculos hominum auresque vitare?
Bona conscientia turbam
advocat, mala etiam in solitudine
anxia atque sollicita est. Si honesta sunt
quae facis, omnes sciant; si turpia,
quod refert neminem scire cum tu scias?
O te miserum si contempnis hunc
testem!

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*
epistulae morales, 43, 4-5 (L. Reynolds
ed., vol.1, pp.113-14, ll.25-26, 1-4).